

# Universitätsbibliothek Wuppertal

**Davidis Ruhnkenii Opuscula Varii Argumenti, Oratoria,  
Historica, Critica**

**Ruhnken, David**

**Lugduni Batavorum, 1823**

De Phanocle ejusque elegia

---

**Nutzungsrichtlinien** Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

<urn:nbn:de:hbz:468-1-1677>

# DE PHANOCLE

E J U S Q U E

## E L E G I A.

EX EODEM OPERE, p. 299, sqq.

**H**uic Elegiae, temperare mihi non possum, quin illam Phanoclis apud Stobaeum Tit. 62. p. 399. adjungam, praesertim cum et ipsa in Orphei amori- bus, quamvis minus honestis, celebrandis versetur. De hac autem sic statuo, nihil hujus generis, quod omnibus numeris perfectius sit, ex tota antiquitate ad nos pervenisse. Talis in culta oratione simplicitas est, tam nativa venustas. Numerorum quidem lenitate ipsam Hermesianacteam, si quid ego judico, superare videtur. Phanocles quando vixerit, incer- tum est. Post Demosthenem floruisse, et Elegos suos Ἐρωτες, η Καλοι inscripsisse, ex Clemente Alex. Strom. VI. p. 750. intelligitur: Δημοσθένους εἰπόντος, Πᾶσι γὰρ ήμιν ὁ θάνατος δΦείλεται, καὶ τὰ ἔξης, οἱ Φανοκλῆς ἐν Ἐρωτιν, η Καλοι γράφει. Ἀλλά τοι μοιράνων νῦν ἀλλυτον, οὐδέ πη ἐστὶν Ἐκφυγέειν, ὅποιοι γῆν ἐπιφερβόμεθα. Idem Protrept. p. 32. Φα- νοκλῆς δὲ ἐν Ἐρωτιν, η Καλοι ιστορεῖ, Ἄγαμέμνονα τῶν Ἑλλήνων βασιλέων, Ἀργύρου νεών Ἀφροδίτης ἵστασθαι ἐπ' Ἀργύρου τῷ ἐρωμένῳ. Quem locum adscripsi ex certa correctione P. Leopardi Emend. IV. 4. et Jo. Jonsii de Scriptor. Hist. Philos. II. 15. p. 194. quan-

DE PHANOCLE EJUSQUE ELEGIA. 637

quanquam Jonsius "Ερωτας, η Καλον per errorem drama vocat. Auctor argumenti IV. in Ovidii Metam. II. Cycnus, Stenelei filius, materno genere Phaethonti proximus, cum Liguriam incoleret, et in ripa Eridani amnis cum vidisset corpus Phaethontis a sororibus ejus abluit, pari calamitate est concussus. Plus enim justo deflendo propinqui interitum, deorum voluntate in volucrem cycnum abiit, qui perosus cælestem ignem, paludes ac flumina, quibus insenesceret, est secutus. Phanocles in Cupidinibus auctor. Ex hoc opere non solum Elegia apud Stobaeum, sed reliqua etiam, quae ex Phanocle laudantur, sumta videntur. Plutarchus Sympos. IV. 5. p. 671. B. οἱ δὲ παιδικὰ τοῦ Διονύσου Ἀδωνιν γεγονέναι. Καὶ Φανοκλῆς, ἐρωτιὺς ἀνὴρ, ὃδὲ πως πεποίηκεν. Εἶδὼς θεῖον Ἀδωνιν δρεψότης Διόνυσος Ἡρπατεν, ἡγεθέν κύπριον ἐποιχόμενος. Hieronymus Chronicus p. 17. Ob raptum Ganymedis Troi, patri Ganymedis, et Tantalo bellum exortum est, ut scribit Phanocles poëta. ubi vide Jos. Scaligerum. Hieronymum descriptis Orosius I. 12. Quorum uterque festinanter inspectus est a N. Heinsonio ad Ovid. Met. X. 83. His paucis locis, quae Scaligeri etiam diligentia collegit, Phanocles commemoratur. Nunc ejus Elegiam de Orpheo audiamus.

Ιανα εὐθεῶντι πάντα πετεῖται Λυστρὸν τοντοῦ  
εἰποῦ Ἡ ᾧ Οἰάγροιο πάϊς Θρήικος Ὄρφεὺς Η Τερρα  
μοιτιούς Ἐκ θυμοῦ Κάλαιν στέρεξε Βορηΐαδην. Πολεύ-  
της οὐδεὶς οὐδεὶς οὐδεὶς οὐδεὶς οὐδεὶς οὐδεὶς οὐδεὶς οὐδεὶς  
Vs. 1. Θρήικος Ὄρφεὺς] Hoc ex Cod. Parisino rece-  
pi de judicio Cel. Valckenarii. Diatr. in Euripid. cap. 19.  
p. 199. Apollon. Rhod. IV, 903. Εἰ μὴ ἢ Οἰάγροιο πάϊς  
Θρη-

Πολλάκις δὲ σκιεροῖσιν ἐν ἀλτεσιν ἔζετ<sup>2</sup> ἀείδων  
Οὐ πόθους οὐδὲ ἦν οἱ θυμός ἐν ἡσυχίᾳ. οὐν εἰπειθεί  
Σ' ἄλλ<sup>3</sup> αἰεὶ μὲν ἀγρυπνοὶ ὑπὸ Φυχῆς μελεδῶνες ΙΙ. πατε  
Ἐτρυχον, θαλερὸν δεριθμένον Κάλαιν.

Τὸν μὲν Βιστονίδες πακοιμήσαντο διεφίχυθεσσα  
Ἐκτανόν, εὐήκη Φάσγυανα θηξάμεναι,  
Ούνεκα πρῶτον ἔδειξεν ἐν Θρῆκεσσιν ἔρωτας  
Αρρεγας, οὐδὲ πόθους ἥγετε θηλυτέρων.

Τοῦ δ<sup>2</sup> ἀπὸ μὲν κεφαλὴν χαλινῆ τάμον, αὐτίκα δ' αὐτῆς  
Εἰς ἄλλα Θρηνίου βίφαν διοῦ χέλιν, ηγετείσας  
Θρηνίος Ορφέν<sup>4</sup>. Vulgatae Editiones, Θρηνίου Ορφέν<sup>4</sup>.

Vs. 4. Οὐδὲν<sup>5</sup> οἱ θυμός] Imitatur Homerum Od. T. 23.  
Τῷ δὲ μάλ<sup>6</sup> ἐν πεισῃ κραδί μένε τετληνία.

Vs. 5. Μελεδῶνες<sup>7</sup> Ετρυχον] MSS. Parisiū. et Leiden-  
sis, μελεδῶναι. Sed alterum est Hesiodi "E. καὶ Ημ. 66.  
et Apollonii Rhod. III. 812. Leidensis praeterea habet δερ-  
ιθμένον, quod, tanquam elegantius, vulgato δεριθμένον πορ-  
ινjuria praeferit Valckenarius l. c. Constructio est: μελεδῶ-  
νες δεριθμένον Κάλαιν καὶ αὐτὸν ἔτρυχον.

Vs. 6. Εὐήκη Φάσγυανα] Trincavellus et Gesnerus εὐηκ-  
η ediderunt. At alii libri, in his Leidensis, rectius εὐήκη  
præbent. Quam lectionem sequuntur Leopardus Emena.  
IV. 4. et Valckenarius l. c. Homerus Il. K. 256. Φάσγυ-  
ανον ξυμφύκει.

Vs. 9. Πρῶτον ἔδειξεν] Πρῶτος malit Brunckius Anal.  
Gr. T. III. p. 95. quod melius est. Haec autem Sautenius  
noster expressa putabat ab Ovidio Met. X. 83. Ille etiam  
Thracum populis fuit auctor, amore In teneros transferre  
mares: citraque juventam Aetatis breve ver, et primos car-  
pere flores. Ovidium sequuntur Hyginus Astron. I. 7. et  
Philargyr. ad Virgil. Georg. IV. 520.

Vs. 11. Αὐτίκα δ' αὐτῆν] Trincavelliana et reliquæ  
Edi-

"Ηλφ καρτύνασαι, ἵν' ἐμφορέσιτο θαλάσσην"

"Αμφα δύο, γλαυκοῖς τεγγόμεναι φόθοις."

Τὰς δ' ιερῆς Δέσποινος πόλιν ἐπέκελστο θάλασσα. 15

"Ηχὴ δ' ὡς λιγυρῆς πόντου ἐπέσχε λύρης,

Νήσους τ', αἰγαίωνδ' θ' ἀλιμυρέας, ἔνθε λιγυεῖν το.

"Ανέρες? Ορφέινη ἐκτέρισαν κεφαλήν.

"Εν δὲ χέλιν τύμβῳ λιγυρὴν δέσταν, οὐ καὶ ἀναύδους

Πέτρας, καὶ Φόρκου στυγὺν ἐπείθεν ὕδωρ. 20

<sup>Ex</sup>

Editiones, item MS. Leid. vitoise, αὐτίκα δ' ὑπῆν. Sed Gesnerus bene corrēxit, αὐτίκα δ' αὐτῆν. Quod in MS. Paris. reperit Grotius.

Vs. 15. [Τὰς δ' ιερῆς Λέσβη] Ovidius Met. XI. 50. caput, Hebre, lyramque Escipio; et, mirumq[ue] inedio dñm. Ia-  
bitur amne, Flebile nescio quid queritur lyra, flebile lingua  
Murmurat exanimis: respondent flebile ripae. — Et Melym-  
naeae potiuntur litore Lesbi. Caput Lyrrnissum delatum es-  
se, scribit Philostatus Heroic. 10. p. 713. ubi Olearius no-  
tula sua prodit, se Phanoclis Elegiam nunquam legisse.

Vs. 17. [Νήσους το] Intellige Lesbum, Chium, Samum,  
et alias insulas circa Lesbum sitas. Quod moneo, ne quis  
cum Brancio l. c. νῆσον scribat.

Vs. 20. [Φόρκου στυγὺν] Editio Trincavell. mendose,  
Φόρκου στυγὺν ἐπείθεν quod e libris suis Gesnerus corrixit.  
MS. Leid. Φ. πικρὸν ἐπί θέρην sicut alius apud Gesnerum.  
Est tamen στυγὺν in Leidensis margine. Bene Grotius  
Φόρκου θέρη mare exponit. Phorcum enim vel Phorcynem  
Homerus Od. A. 72. ἀλὸς ἀτρυγέτοιο μέδοντα vocat. Ean-  
dem rem sic expressit Antipater Epigrammate in Orpheum,  
Anthol. III. 25. p. 388. οὐκ ἔτι πέτρας "Ἄξεις — οὐκ ἔτι  
κοιμάσσεις ἀνέμων βρόμου, οὐχὶ χάλαζαν, οὐ γεφετᾶν συρ-  
μοῦς, οὐ παταγεῦσαν ἄλα.

CETI

640 DE PHANOCLE EJUSQUE ELEGIA.

'Εκ κείου μολπαὶ τε καὶ ἴμερτὶ πιθαριστύδῃ<sup>ΜΑΗ</sup>  
Νῆσον ἔχει πασέων τὸ ἐστὶν ἀοιδοτάτη.  
Θρῆνες δὲ ὡς ἐδάντσαν ἀρήιοι ἔργα γυναικῶν  
"Αγρια, καὶ πάντας δεινὸν ἐπῆλθεν ἄχος,  
25 Αἱ ἀλόχους ἔστιζον, οὐ νὲ χρὶ σύμβατος  
Κυάνεα, στυγεροῦ μή λελάθοιτο Φένου.  
Ποινὰς δὲ Ὁρφῇ πταμένῳ τίνουσι γυναικες  
ΟΙ Εἰσέτι νῦν, κείης εἰνεκεν ἀμπλακῆς.

Vs. 23. Ἀρήιοι ἔργα γυναικῶν] Sic optime legit Leoardus Emend. IV. 4. Idque Codex Leidensis et alius apud Gesnerum confirmant. Vulgo editur: ἀρήια ἔργα γυναικῶν.

Vs. 24. Καὶ πάντας δεινὸν] Minus bene Leopardus L. c. scripsit: καὶ πάντων δεινὸν etc. Homer. Od. Σ. 347: ἔφετο μᾶλλον Δύη ἄχος κραδίνη Διαερτιάδην Ὄδυσσεα.

Vs. 26. Λελάθοιτο Φένου] MS. Paris. male, πόνου.

Vs. 27. Ποινὰς δὲ Ὁρφῇ] In omnibus scriptis editisque libris, insolenti genere loquendi, legitur: Ποινὰς δὲ Ὁρφῇ πταμένῳ στίζουσι γυναικες. Quod, erit fortasse, qui defendat e Plutarcho de S. N. V. p. 52. ed. Wytteneb. Οὐδὲ γὰρ Θρῆνες ἐπαινοῦμεν ὅτι στίζουσιν ἄχοις νῦν τιμωροῦντες τῷ Ὁρφεῖ, τὰς αὐτῶν γυναικες. At vero, quod nos de conjectura in texto resposuimus, talem a simplicitate commendationem habet, ut vel morosissimo judicii placitum speremus. Ceterum si veram, non fabulosam, qualēm Phanocles tradit, Stigmatum originem cognoscere velis, adeundus est Herodotus V. 6. et ibi Wesselingius.

— Ao. MDCCLXXXII.

CEN-